

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Hermann Schuckmann Timon Schrove

**Dissertatio Theologica Secunda De Decalogo eiusq[ue] posteriori Tabula;
Exhibens Praeceptum quartum, & quatuor sequentia, unam sectionem magnam
in fonte facientia**

Rostochi[i]: Richelius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn78203098X>

Druck Freier  Zugang



Karl J. Braet

H. Schuckmann
R. U. theol. 1645.

61

DISSERTATIO THEOLOGICA
Secunda
DE
DECALOGO
eiusq; posteriori Tabulâ;
Exhibens Præceptum quartum, &
quatuor sequentia, unam sectionem ma-
gnam in fonte facientia
Quam
IN NOMINE JESU
Cum Consensu venerab Facultatis Thol.
in Universitate Rostochiensi
PRÆSIDE
HERMANNO SCHUCKMAN,
Theol. D. & Professore.
d. 20. Decembris horis matutinis publicè
IN AUDITORIO MAJORI
defendendam suscipiet
TIMAN SCHÜDOVE
Revaliâ-Livonus.

• 8(0) •

8

ROSTOCHII,

Litteris NICOLAI KILI, Acad. Typogr. Anno 1645.

10

ODO J A S P

Aludel riorifice pær

3 - RUTTAUP CERIPESTY T M T
am monitofolusq; sibi; ait; t; t; t; t; t;



DISSE

DISSERTATIO
de DECALOGO SE-
CUNDA.

In Nomine Domini nostri
JESU CHRISTI.

Sicut Oratio Dominica, quæ Dei sunt, ijs præfert, quæ nostra sunt, & illa per singulare pronomen ὅν; hæc per pluralia ἡμῶν ἡμῶν ἡμᾶς definit, ut derivatis in nos, quæ Dei sunt, defectus quoq; & necessitates, quæ nostræ sunt, facile à Deo mutatu, facile suppletumiri ostendat: Ita Decalogus Deut 5. Exod. 20. dilectioni hominis, cuius in homine norma est, præmittit dilectionem DEI, quæ omnem mensuram transcendit, ut in hac illius fundamentum, hujus in illâ exercitium contineri doceat. Hæc superiori dissertatione expositâ, de illâ in præsenti & subsequenti cum Deo agendum.

THEISIS I.

EX amore DEI necessariò fluit amor eorum, quos & ipse Deus amat, & propter DEUM à nobis amari fas est.

II.

Hinc arctissimus & inseparabilis utriusq; tabulæ nexus, quo posterior priori subordinata, pari cum eâ, si majestatem præcipientis & præcepti necessitatem spectes, obligatione gaudet.

I. Joh. 4. v. 21.

III.

Objectum tabulæ posterioris absolvit, vi Octavi, noni & decimi Praeceptorum, unica vox γρ cui in N. T. ὁ πληρού re-

A 2

spon-

spondet, idem dicens quod Ebraeorum **תְּרוּמָה** Lev. 19, v. 17, 18. Et illius quidem forma in societate; hujus in propinquitate; utrumque in communione consistit.

IV.

Fundamentum communionis præstat una communis natura, unus pater, pastor, Dominus, unum commune Domiciliū, commune pascuum, communis inter omnes necessitas, quā alter indiget ope alterius, & propter alterum alter vivit Mal. 2, v. 10. **Autor.** 17, v. 26 Eph. 4, v. 4, 5, 6. Luc. 10, v. 29, seqq.

V.

Ex hoc fundamento, tam **υἱος** quam **πατέρων** (quod utrumque per fratrem exponitur Deut. 15, v. 9. Matth. 5, v. 22, seqq. & **πασίν in sacris**) notum & ignotum, amicum & inimicum includit nec ulla inimicitia ab humanis principiis ortā tanti esse potest, ut universale communionis fundamentum evertat Matth. 5, v. 43; Lev. 19, v. 17, 18. Luc. 10, v. 33, seqq. Exod. 23, 4, 5.

VI.

Quicunq; ergo post DEUM & propter DEUM in hac secunda parte Deralogi diligendus proponitur, uno nomine proximus est, isq; vel definitus **Præcepto Quartū**, vel indefinitus in reliquo.

De Quarto Præcepto.

VII.

Præceptum de honorandis parentibus ordine Decalogi quartum, posterioris tabulæ primum est, quia primo & proximo sanguinis gradu qui nos contingunt, Pater & Mater sunt. Hinc primus honor in terris, post summum patrem in cœlis, ipsa dictante naturâ patri & matri competit.

VIII.

Deinde annexa peculiaris promissio, cuius virtus ad omnem vitam se exporrigit, dignitatem præcepti hujus præ ceteris commendat; præsertim, quod exercitio amoris & obedientiæ filialis ad communem reverentiam, obsequium, dilectionem, ab incunabulo ætate via paranda: Unde, quod minus reverentiaz, modestiaz, obsequij reliquum, quarti præcepti contemptus facit,

IX. No-

X.

Nomine Patris & Matris veniunt parentes naturales, *ad Eph. 6. v. 1.* & juxta cum his omnes illi, quibus incumbit, quod vocibus **אָבֶן** **וָאָמֵל** significatur.

X.

Ita Capita familie *Exod. 12. v. 3.* Tutores & curatores *Joh. 19. v. 26, 27. ad Gal. 4. 2.* Seniores *1. ad Timoth. 5. v. 1, 2.* Praeceptores *2. Reg. 2. v. 12.* Doctores Ecclesiae *1. ad Cor. 4. 15, 16. 2. ad Corinth. 12. v. 14. ad Gal. 4. v. 19.* Magistratus *1. Sam. 24. v. 11, 12.* Patres & matres vocantur.

XI.

כְּבָר honorare, est se inferiorem alio, & alium superiorem, digniorem, graviorem se, corde, ore, opere, agnoscere, fateri, demonstrare.

כְּבָר

XII.

Sic DEUM honorat homo, cum illum solum pro Domino supra omnia, se pro servo agnoscit *Jes. 24. v. 15. Psalm 22. v. 24.* illi omnem gloriam tribuit; *sibi* omnem negat. *Ps. 50. v. 15. Psalm. 86. v. 9, 10, 11, 12, 13.* nec suis rebus parcit, sed quicquid a DEO accepit, in DEI honorem pro declaranda subjectione, impendit *Prov. 3. v. 9.*

XIII.

Sic pius honoratur a pio, cum alter alterum digniorem habet ac seipsum *Psal. 15. v. 4. ad Rom. 12. v. 10.*

XIV.

Ita in specie patrem & matrem honorat filius, cum illos ipsos, quos natura & ordinatio divina superiores constituit, revera superiores agnoscit, eisq; mente, lingua, opere eam reverentiam praestat, quam ipsa paternitas, ipsa vis vocum **אָב וָאָמֵל** inculcat, *Mal. 1. v. 6.* quamq; Apostolus obedientiam interpretatur *ad Eph. 6. v. 1.*

XV.

Principium paternitatis omnis est summus pater in celis *ad Epb. 3. v. 14, 15. ad Ebr. 12. v. 9.* cum quo unita, mater omnium nostrum in terris, superior Jerusalem, Ecclesia *ad Gal. 4. v. 26.*

A 3

XVI.

XVI.

Huic summo Patri summus supra omnia honor, timor,
amor, ex toto corde, tota anima, totis viribus Deut. 6. v. 5. Matth.
10. v. 37. c. 23. v. 9. & propter eum Matri spirituali, quae custos
est verborum ejus, filialis subiectio Ies. 49. v. 23. c. 60. v. 14. Ge.
Utrique purum & simplex obsequium debetur Prop. I. v. 8. & pas-
sim in **מְשֵׁלָר**.

XVII.

Sicut ergo omnis paternitas pendet a patre summo; sic o-
mnem quoque honorem patri & matri debitum fundari oportet
ἐν κυριῷ ad Ephes. 6. v. 1.

XVIII.

In Domino fundatur, quicquid fit propter Dominum & in
nomine Domini, sitque hoc pacto, ut ipse Dominus semper &
ubiisque superior maneat.

XIX.

Et **כַּאֲשֶׁר צֹר יְהוָה אֱלֹהִיךְ** *Deut. 5. v. 16.* **qua præceptum Domini & causam impellentem & simul**
בְּכֶרֶת *constituant.*

XX.

Unde Regula: Quodcumque obsequium pugnat cum verbo
Domini, nec cum amore summi patris consistit, non honori pa-
rentibus sed de honestamento cedit. Consulatur exemplum Christi
Luc. 2. v. 49. Joh. 2. v. 4.

XXI.

Argumentum, quod robur addit precepto quarto, est an-
nexa peculiaris promissio, quæ longinquitas dierum, & vera bea-
titudo obedientibus promittitur, habito respectu ad terram a
DEO datam.

XXII.

Terra haec, ipsis filiis Israel in V. T. Chanaan erat: Israeli-
tis juxta promissionem in N. T. est quilibet terræ Locus, qui piis
ex divina benignitate habitandus conceditur, praesertim, quod
Mansueti, h. e. qui facile alios superiores ferunt, sequi in Domino
aliorum voluntati libenter accommodant, possessores terræ, & sic
beati pronunciantur *Mattb. 5. v. 5.*

XXIII.

כַּאֲשֶׁר
צֹר
יְהוָה
אֱלֹהִיךְ

לְמַעַן

עַל
הַארְפָּחָה
אֲשֶׁר
יְהוָה
אֱלֹהִיךְ
בְּתַן לְ

XXIII.

תְּרִיבֵית ut Td prolongare dies parentibus, non ut causæ principali, sed tanquam objecto bonorum operum susceptivo, ex quo præmium operis boni in suos autores redundat. Simile habetur Matth. 10. v. 41.

XXIV.

Sic igitur longinquitas dierum, præmium est antecedentiæ obedientiæ conveniens. Qui enim in nomine DEI patrem & matrem honore debito prævenit; hunc gratuita DEI promissio dignum facit, quem liberi deinceps & alij ætate juniorès vicissim reverantur.

XXV.

Longævi autem, juxta promissionem Domini, illi censendi sunt, quibus vita & longitudo dierum DEUS est. Deut. 30. v. 20. quiq; quandocunq; moriuntur, saturi dierum moriuntur, ad exemplum Patriarcharum Gen. 25. v. 8. c. 31. v. 29. &c.

XXVI.

וְלֹמֶד Beatitudo, quæ connectur cum longinuitate dierum, habet pro fundamento tranquillam conscientiam, cuius principium sola Fides est, & ex fide fluens amor DEI, & cum amore DEI necessariè cohærens, observatio præceptorum ejus.

De Præcepto Quinto,

לֹא תַרְצֵח; Vitæ humanæ propugnaculo.

XXVII.

Quintum præceptum præmunit vitam proximi, & omnia prohibet unicâ eâq; brevissimâ propositione, quæ inhiant morti vel effusione sanguinis humani, quæq; in universum itâ compara- rata sunt, ut in perditionem alterius vitæ propendeant.

XXVIII.

Referuntur hæc ad duo capita: Aut enim conatum sequitur effectus, ut vel ipsa vita homini eripiatur, vel manente vita corpus lædatur; Aut affectus interiores odium, ira, inimicitia in proximum irrumptentes, effectum supplent,

XXIX

X X X.

Effectus, qui conatum sequitur, causam habet vel immedia-
tē hominem vel mediatē.

X X X.

Immediatē homo hominem necat, cum per seipsum destina-
tā voluntate, quibuscumq; intervenientibus mediis mortiferis ne-
cat. Exod. 21. v. 12. seqq.

X X X I.

Tale homicidium efficiunt & instrumenta lethifera, ferrum,
lapis, lignum &c. Num. 35. v. 16. 17. 18. Et, his sive absentibus
sive præsentibus **וְאִבֶּן** conatus **מֵצַחֲרָתָנוּס**, alterius neci in-
tentus, cum deliberatione & dolo conjunctus Num. 35. v. 20. Exod.
21. v. 14. Deut. 19. v. 11. qui pro principio habet **שְׁנָאָה וְאִבֶּן** odi-
um & inimicitiam Num. 35. v. 20. 21.

X X X I I.

Poena homicidio tali dicta ultimum supplicium est, justa
ex lege talionis vindicta, nullo λύτρῳ redimenda, nulloq; asylo
tametsi sanctissimo præpedienda; Et hoc ideo, quod expiari ter-
ra non possit, nisi sanguine ejus, qui sanguinem hominis, creati
ad imaginem DEI profudit Gen. 9. v. 6. Exod. 21. v. 14. Num. 35.
v. 31. 32. 33. 34. Deut. 19. v. 11. 12. 13.

X X X I I I.

Oppositum ejus est cædes involuntaia, quam dictum prin-
cipium & conditiones junctim sumptæ destituunt, quæq; casu
fortuito, citrè scientiam, ex errore commissa, Num. 35. v. 15. 22. 23.
seqq. Deut. 19. v. 4. 5. 6. 10. ad occulta justitiae DEI judicia redu-
citur Exod. 21. v. 13.

X X X I V.

Mediatē committit homicidium, qui causam dat effusioni
sanguinis humani, sive id faciat, adhibitā aliorum operā sua-
dendo, jubendo, procurando 2. Sam. 12. v. 9. sive præviā scientiā,
cum averttere cædem possit, non avertendo Exod. 21. v. 19.

X X X V.

Hinc Regula generalis. Quicunq; novit prohibere se posse,
quod minus homicidiū eveniat, nec prohibet, quiq; facere potest, ut
in



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn78203098X/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn78203098X/phys_0011)

DFG

XXIII.

Tribuitur Td prolongare dies parentibus, non ut cipali, sed tanquam objecto bonorum operum suscepit præmium operis boni in suos autores redundat. Similiter Matth. 10. v. 41.

XXIV.

Sic igitur longinqua dierum, præmium est a obedientiæ conveniens. Qui enim in nomine DEI matrem honore debito prævenit; hunc gratuita DEI dignum facit, quem libeti deinceps & alij ætate junior reverentur.

XXV.

Longævi autem, juxta promissionem Domini, illi sunt, quibus vita & longitudo dierum DEUS est. Deinde quicquid quandocumque moriuntur, saturi dierum moriuntur exemplum Patriarcharum Gen, 25. v. 8. c. 35. v. 29. &c.

XXVI.

Beatitudo, quæ connectitur cum longinquitate dicitur pro fundamento tranquillam conscientiam, cuius sola Fides est, & ex fide fluens amor DEI, & cum anæcessariè cohærens, observatio præceptorum ejus.

De Præcepto Quinto, חַדְשָׁתְּ וִתְּהֻנָּה Vitæ humanæ propugnacu

XXVII.

Quintum præceptum præmunit vitam proximi, & prohibet unicā eāq; brevissimā propositione, quæ inhibiti vel effusione sanguinis humani, quæq; in universum itata sunt, ut in perditionem alterius vitæ propendeant.

XXVIII.

Referuntur hæc ad duo capita: Aut enim conatur effectus, ut vel ipsa vita homini eripiatur, vel manus laceratur; Aut affectus interiores odium, ira, iniuriam proximum irrumpentes, effectum supplent.

